Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



211

qui parant comunia et quest
alterum volentem parere: Ipse multo
tu gratiam habent laborem sustinen
veritatem quidem d'pugnul' auctori
bus concedentes: ipse autem secundum
data forma brevitatis studentes
sicut enim nouae domus architecto d'omnipa structura omnad'
est. ei vero qui pugnae curat quae
apta sit ad ornatum exquirenda
sit: ita estimandum et et nobis: etenim intellectum colligere, et
ordinare simone, et curiosius p
tes singulas quasi disquirere
hystoriae congruit auctori: brevi
tatem vero dictorum sectari. et ex
cursiones rerum vitare brevitan
ti concedendum est. hinc ergo ma
tationem incipiemus: d' quae ce
tantum dixisse sufficiat. Stultum
etenim est cum hystoria effluere
in ipsa at hystoria sucingi:-

Set cum sancta
civitas habitaret in omni
pace: leges adhuc opti
me custodirentur. Propter omne
pontifices disposito et pietatem
et amicos hinc mala odio: fiebat
ut et ipsi reges et principes locum
summo honore digno ducerent
et templum maximis muneribus
illustraret: ita ut seleucus asia
tice de redditibus suis sustineret
omnes sumptus ad ministerium sa
crificiorum pertinentes. Symon at
d' tribu benniamin preposito te
pli constitutus: contendebat ob
sistente sibi principe sacerdotum
inique aliquid in civitate moli
ri Set cum vincere omnia non posset
venit ad apolonium tharsei fi
lium. qui illo tempore erat dux celesy
riae. et phenices: et nuntiavit
ei pecunias innumerabiles plenum
esse aerarium hierosolimis. et quoniam
copias innumeras esse quae non pertinet
ad rationem sacrificiorum. esse ut possi
bile sub potestate regis cadant omnipa
cuique retulisset ad regem apolonius
de pecuniis quae delatae erant: ille
accitum heliodorum qui erat super
negotia eius misit cum mandatis:
ut praedictam pecuniam transportaret
statimque heliodorus iter est aggres
sus specie quidem quasi per celesyri
am et phenicem civitates ceteras peragraturus. re autem vera regis
propositum perficturus Set cum venisset
hierosolima: et benigne a summo
sacerdote in civitate esset exceptus
narravit d' dato indicio pecuniae
et cuius rei gratia adesset aperuit
interrogabat autem si vere haec ita
essent. tunc summus sacerdos oste
dit depositum esse hoc et viduarum
viduarum et pupillorum: quaedam
vero esse hircani thobae viri
valde eminentis. in hoc qui detu
lerat impius simon. omnino
aut argenti talenta esse quadri
genta. et auri ducenta: decepi ve
ro eos qui tradidissent loco et te
plo quod per omnipotentem mundi hono
ratur. pro sui venerabile et sancta
te. omno impossibile esse. at ille
pro hoc quod habebat in mandatis
a rege: dicebat omnino omnem regi ea
esse deferenda. Constituta autem die
intrabat d' hoc heliodorus ordi
naturus. Non modica vero per om
nem civitatem erat timor. Sacerdotes autem ante altare cum sto
lis sacerdotalibus iactaverunt se:
et invocabant d' celo eum qui de
depositis legem posuit: ut hoc quod
depositum erat salva custodiret
iam vero qui videret summi sac
dotis vultum mente vulnerabatur
facies eius et color immutatus. decla
rabat intimum animi dolorem Erat